Epistola 188. IOHANNI COCCEIO MARTINUS HUNDIUS

Epistola 187. GULIELMO ANSLARIO IOHANNES COCCEJUS.

Ornatissime d. Anslari.

Et pergratum fecisti, quod me literis tuis compellare voluisti, et longe gratissimum, quod de proposito tuo asseveras. Ego toto animo voveo, et vero etiam spero futurum, ut, Deo dante, in sacris literis unà sudemus et inquiramus. Quod attinet pestilentiam hujus loci, negari non potest, crebros apud nos esse multitudinis funeratæ rumores, aliquando etiam vanos. Multos tamen mori, extra dubium est. [Consularis Warmond Amstelodami catarrho, ut videtur, suffocative extinctus est, quum ad concionem iret. Soror uxoris ejus febricitans ex consternatione mortua est. Triste spectaculum fuit eorum funeratio. Consul de Maarsse malo epidemio correptus et sanatus est. Habitat ille in ea regione, ubi malum viget maximè. Exconsulis Leeuwsfeldi filia primò mortua est, deinde pater: mox mater decumbit. D. Cabeljavius duos filios extulit. Ipse cum reliqua familia valet, et jam ad Ecclesiam redit.] Constitutum est, ut ædes civium infectæ ad tempus claudantur. [De aliis insignibus familiis] nihil mihi constat. In plateis à quæ magna hominum numero terunt. [Studiosi] multi perseverant. Confido, Deum in ira memorem misericordiæ futurum. Nos Emdam usque proficisci decrevimus, si Deus velit. Rediturj quamprimum id possibile erit. Necessitas quædam nos eò vocat: visitamus fratrem meum. De locis, quos proponis, breviter respondeo. Beraboth c. 1: 2. לא הפסיד damnum non fecit. Het schaadt niet: het mag geen quaat. § 3. כדי היה per te non stetit, quo minus tui capitis reus fieres. q. d. ἱκανὸς ἦν ἐν σοί, ἀξιόχρεως ἦν. § 5. להביא ימות המשיח. Verbum להביא procul dubio notat inclusionem et comprehensionem. Sed non construitur cum ימות sed cum phrasi להביא ימות המשיח: quæ phrasis pendet à verbo מזכירין. nam per interpretationem texta applicatur, quod לא כל ימי חייך etiam valeat ימות המשיח / Cap. 2: § 7. כשר היה rectus, bonus, probus, egregius, pius fuit, nihil in eo labis fuit. Cap. 3. § 5. Docet aquas fœdas, inidoneas esse, ut in iis homo recitet שמע, nisi aqua dilutæ et correctæ fuerint. Capt. nachath ad לתוכה addit pro exemplo מי רגלים. Est enim lotium species מים רעים aquæ impuræ. Cap. 4. § 1. עד המנחה Actor. 3: 1. ἐπὶ τὴν ὥραν τῆς προσευχῆς τὴν ἐννάτην. Capt. nachath ex R. Judæ sententia et Canonica consuetudine extendit orandi tempus usque ad horam undecimam, minus quadrante. מנחה est מנחת ערב psal. 141: 2. vide Exod. 29: 41. מנחה dapelle (?) mincha est. mola.[F] § 4. Ipsius oratio non est supplicatio. Est præsumtuosa, opere operato facta, imputans Deo operam, quum debeat esse supplex, et imploratio gratiæ. Est locus hic egregius. et Capt. nachath rem succinctè indigitat. Qui stabilis horis orat, is reputat sibi legem orandi dictam esse, et necessariò fungendum eo opere atque officio. Igitur ἐθελοθρησκείας ἕνεκα et quodammodo invitus orat, non cum ea gratiæ Dei desiderio quo fas est. Ibid. בפרשת העיבור est παράβασις, sive deviatio ad transgrediendum. Initium, et inclinationem et aberrationem intelligo. Orat, ne deseratur in errore et tentatione. § 7. משמן pro seipso. In Glossa. cap. 7. § 1. זמון condicere sibi invicem, esse præparandos ad precandum, [illegible] uno præeunte. Formula est: Benedicamus. quod comedimus ut in glossa. Anathemate notati excluduntur à זמון i. e. à communibus precibus. Vide et § 3.

nit te laeten
nit te laeten
Ver. prima. fol. 697.
^ ut lotium,
= pura et non fœda
F Vide Taubman. ad Plaut. Amphitr. Act. 2. sc. 2. p. 54. ad mola salsa. v. 108.
^ et numerum
^ peccandi;

§. 3. perinde est, sive unam sint, sive decem myriades. cap. 8. §. 5. [illegible] est benedictio, qua separatur hodie à profesto tempore, adhibito cali[ce] cap. 9. §. 5. [illegible] potest absolute reddi. Quanto minus execratio? Sub[...] licita est. Ne poeniteat te, clarissime, in his paullum tricari. [...] derit aliquando is labor, quando cum Judaeis agendum erit, ut mo[...] illorum perite explicare possis, neque ab iis irridearis. Verendum enim est ne nimis saepe aberremus à sententia ipsorum, quando cum iis [di]sputamus, atque ita illi se non sentiant convictos. Ego per[...] Venerandum D. Parentem cum familia Deo optimo maxim[o] commendo, et urbem vestram et Academiam utramque familiam vestris precibus. Vale. D. Apollonio plurimam salutem adscribo. Itemque D. Bogardo cognato tuo, qui nuper apud nos fuit.

Lugd. d. 3. August. 1655.

T[uus] amantissimus
J. Coccejus.

Ornatissimo juveni
D. Gulielmo Anslario
S. Th. Studioso
mihi charissimo.

Middelburgh
ten huyse van
Myn Heer Anslaer
bedienaer des Godde-
lycken Woords.